



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De maculis, quas contraxit, ex contactu immundorum hominum. XXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

certis
mica.
Nam
cælesti
pallo-
quor
; ut nō
vide-
us ap-
tiosam
m plu-
simili-
itebat
embu-
la ful-
littere-
omqū
ali nū-
; Ex.
o vul-
in fig-
erote-
ocve-
ntia il-
licera-
fom-
is eius
fū sic-
r om-
uitati-
elis, ac-
peda-
rus vī-
Nam
n præ-
uecte-
statis,

etatis, ad visitationem tantarum reliquiarum incitabant. Poterat tunc virgo dicere, si vixisset: Sinite parvulos venire ad me, taliū est enim regnum colorum.

2. Ingressi ergo domum, in qua funus sanctum erat: & quia pusilli statura pueri erant, nec se ad videndum corpus in loco, ubi iacebat; erigere poterant, plurimi eorum vociferantes ac dolentes dicebant, Nonne ego video hanc virginem, pro qua de tam longinquō veni? Tunc astantes lepabant eos ad videndum faciem virginis; & post visionem remiserunt eos ad propria, cum eleemosyna candidi panis. Et quod amplius mirandum est, adfuit etiam matrona quædam, cum parvulo suo unius anni & triū mensium: qui quidem infantulus complicitatis manibus, & facie ad funus conuersa, oculos suos ita reverenter & seriosè in illud reorūt, quod custodes & assestores sacri funeris, devotionem infantuli videntes & admirantes, ad lachrymas mouebantur.

CAPVT XXX.

De maculis, quas contraxit ex contractu immundorum hominum.

¶ Ropter fortissimam passionum suarum tolerantium, & frequenter cum Angelis familiaritatem, atque in cælestibus conuersationem: haec virgo ad tantam peruerterat puritatem, ut ab indignis & immundis hominibus per manus attacta adhuc viuens, nonnunquam visibiliter maculas contraheret; quazum nigredines per biduum vel triduum in manibus eius remanserunt, quæ prius in ea visæ non fuerunt.

2. Sic & post obitum eius, simile quid accidit. Nam cùm facies eius post mortem ipsius, tanto splendore (ut dicitur est) radiaret; accessit quædam matrona cum alijs visitationis gratia, & orarium suum, quod manibus tenebat, super faciem eius ex devotione, sicut putabat, circumdixit: statimque facies virginis ex illo contractu, successuè notabiliter est obscurata. Quapropter cùm corpus eius in ecclesia positum esset, & quidam ad aspectum astantium postularent illud manifestari, & scrinium sibi aperiri; ceteri qui huiusmodi obscurationem nouerant, omnibus hoc fieri prohibuerunt, timentes ne si amplius ex indignorum aspectu obscurata fuisset, alij inde scandalizarentur.

KKK 3

CAPVT